


CORPUS HUMANUM

COMENIUS, *Orbis Sensualium Pictus*, Norimberga, anno MDCLVIII



Masolino da Panicale (1338-1440), *Adán y Eva en el Paraíso terrenal*

corpus -oris <i>n</i>	pēs pedis <i>m</i>
membrum -ī <i>n</i>	femur -oris <i>n</i>
collum -ī <i>n</i>	crūs crūris <i>n</i>
iugulum -ī <i>n</i>	genū -ūs <i>n</i>
cervix -īcis <i>f</i>	sūra -ae <i>f</i>
axilla -ae <i>f</i>	tībia -ae <i>f</i>
pectus -oris <i>n</i>	tālus -ī <i>m</i>
dorsum -ī <i>n</i>	calx calcis <i>f</i>
tergum -ī <i>n</i>	calcāneum -ī <i>n</i>
mamma -ae <i>f</i>	solum -ī <i>n</i>
papilla -ae <i>f</i>	solea -ae <i>f</i>
venter -ris <i>m</i>	[planta -ae <i>f</i>]
umbilicus -ī <i>m</i>	hallus -i <i>m</i>
inguen -inis <i>n</i>	[hallux -icis <i>m</i>]
pudenda -orum <i>n</i>	manus -ūs <i>f</i>
[pēnis -is <i>m</i>]	dextra <i>m.</i>
[testēs -ium <i>m</i>]	sinistra <i>m.</i>
[cōleī -orum <i>m</i>]	pugnus -ī <i>m</i>
[vulva -ae <i>f</i>]	palma -ae <i>f</i>
scapulae -ārum <i>f</i>	vola -ae <i>f</i>
(h)umerus -ī <i>m</i>	digitus -ī <i>m</i>
brachium -ī <i>n</i>	pollex -icis <i>m</i>
cubitus -ī <i>m</i>	index -icis <i>m</i>
latus -eris <i>n</i>	digitus -ī <i>m</i>
lumbus -ī <i>m</i>	medius <i>d.</i>
coxa -ae <i>f</i>	ān(n)ulāris <i>d.</i>
pōdex -icis <i>m</i>	auriculāris <i>d.</i>
cūlus -ī <i>m</i>	[minimus <i>d.</i>]
[ānus -ī <i>m</i>]	articulus -ī <i>m</i>
nates -ium <i>f</i>	condylus -ī <i>m</i>
	unguis -is <i>m</i>

MEMBRA HOMINIS EXTERNA (cap. XXXVII)

Caput est supra, infra *pedes*. *Colli* (quod definit in *axillas*) pars anterior est *iugulum*, posterior *cervix*. *Pectus* est ante; retro, *dorsum*; in illo sunt feminis binae *mammæ* cum *papillis*. Sub pectore est *venter*, in eius medio *umbilicus*; subtus *inguen* et *pudenda*.


A *tergo* sunt *scapulae*, a quibus pendent *humeri*, ab his *brachia* cum *cubito*; inde ad utrumque *latus manus*, *dextera* et *sinistra*. Humeros excipiunt *lumbi* cum *coxis* et in *podice* (culo) *nates*.

Pedem absolvunt *femur*, tum *crus* (intermedio *geno*), in quo *sura* cum *tibia*; abhinc *tali*, *calx* (*calcaneum*) et *solum* (*solea*), in extremo *hallus* cum quatuor reliquis digitis.

Contracta manus est *pugnus*; aperta manus est *palma*; in medio es *vola*; extremitas est *pollex* cum quatuor *digitis*, *indice*, *medio*, *annulari* et *auriculari*. In quolibet sunt *articuli* tres et totidem *condyli* cum *ungue*.



Leonardo da Vinci (1452-1519), Autorretrato



Leonardo da Vinci (1452-1519), Anatomía femenina

CAPUT (cap. XXXVIII)

In capite sunt: **capillus** (qui pectitur pectine), **aures** binae et **tempora**, **facies**. In facie sunt: **frons**, **oculus** uterque, **nasus** (cum duabus **naribus**), **os genae** (malae) et **mentum**. Os septum est **mystace** et **labiis**, **lingua** cum **palato** septa est **dentibus** in **maxilla**. Virile mentum tegitur **barba**; **oculus** vero (in quo **albugo** et **pupilla**) tegitur **palpebris** et **supercilio**.

CARO ET VISCERA (cap. XXXIX)

In **corpore** sunt cutis cum **membranis**, caro cum musculis, **canales**, **cartilagines**, **ossa** et viscera.

Detracta **cute** appetet **caro**, non continua massa, sed distributa tanquam in farcimina; quod **musculos** vocamus, quorum numerantur quadringenti quinque; canales spirituum, ad movendum membra.

Viscera sunt interna membra: ut in capite **cerebrum**, circumdate **cranio** et **pericranio**.

In pectore **cor**, obvolutum **pericardio**, et **pulmo**, qui respirat. In ventre **ventriculus** et **intestina omento** obducta; **iecur** (**hepar**) et a sinistro ei oppositus **lien**; duo **renes** cum **vesica**. Pectus a ventre dividitur crassa membrana, quae vocatur **diaphragma**.

Canales corporis sunt: **venae**, quae **sanguinem** ex hepate; **arteriae**, quae calorem et vitam e corde; **nervi**, qui sensum et motum a cerebro per corpus deferunt.

Haec tria invenis ubique sociata.

caput -itis <i>n</i>	membrana -ae <i>f</i>
capillus -ī <i>m</i>	canālis -is <i>m</i>
auris -is <i>f</i>	cartilāgō -inis <i>f</i>
[auricula -ae <i>f</i>]	os ossis <i>n</i>
tempus -oris <i>n</i>	cutis -is <i>f</i>
faciēs -ēī <i>f</i>	carō carnis <i>f</i>
frōns -ntis <i>f</i>	musculus -ī <i>m</i>
oculus -ī <i>m</i>	viscera -um <i>n</i>
nāsus -ī <i>m</i>	cerebrum -ī <i>n</i>
nāris -is <i>f</i>	cranium -ī <i>n</i>
ōs ūris <i>n</i>	pericranium -ī <i>n</i>
gena -ae <i>f</i>	cor cordis <i>n</i>
māla -ae <i>f</i>	pericardium -ī <i>n</i>
mentum -ī <i>n</i>	pulmō -ōnis <i>m</i>
mystax -acis <i>m</i>	ventriculus -ī <i>m</i>
labium -ī <i>n</i>	intestīna -ōrum <i>n</i>
[labrum -ī <i>n</i>]	ōmentum -ī <i>n</i>
lingua -ae <i>f</i>	iecur iecoris <i>n</i>
palātum -ī <i>n</i>	hēpār hēpatis <i>n</i>
dēns -ntis <i>m</i>	liēn liēnis <i>m</i>
maxilla -ae <i>f</i>	rēnes -um <i>m</i>
barba -ae <i>f</i>	vēsīca -ae <i>f</i>
oculus -ī <i>m</i>	diaphragma -ātis <i>n</i>
albūgō -inis <i>f</i>	vēna, -ae <i>f</i>
pūpilla -ae <i>f</i>	sanguis, -inis <i>m</i>
palpēbrae -arum <i>f</i>	artēria, -ae <i>f</i>
supercilium -ī <i>n</i>	nervus, -ī <i>m</i>